



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Animae Illvstres Ivliae Cliviae Montivm Marchiae  
Ravenspurgi Morsae Annexarvmqve Provinciarvm E  
Monvmentis Calamo R. P. Theodori Rhay. Societatis Iesv  
Redivivae**

**Rhay, Theodor**

**Neobvrgi Ad Danvbium, 1663**

XXXI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10835**

Quod naturæ ordo regimen prohibebat adire,

Arnoldo Fratris cessio facta dedit.

Et velut ille foris belli fuit inclytus arte,

Sic placido Imperio claruit ipse domi.

## XXXI.

*Iustus Coccius.*

Complures hodie anno exeunte, opinantur  
 Cè vita exiisse Iustum, seu Iodocum Coccium,  
 qui Coronidem minutulis Scriptionis meæ la-  
 borib' imponet. Erat Vir doctrinæ integritatis-  
 que nomine celebratus Ravenspergio-Billeveldi-  
 us, B. Virginis Collegiæ Iuliacensis Canonicus,  
 Theologus, ac trium sacrarum linguarum peri-  
 tiâ non vulgari præditus; historiarum, & præ-  
 fertim Ecclesiasticæ solertissimus indagator; di-  
 tissimi Thesauri Catholici Inventor, Theologis  
 Concionatoribus, Ecclesiasticis, omnibusque  
 veræ fidei, pietatis, ac Christianæ Antiquitatis  
 amantibus summè utilis. Erat hic Iustus mo-  
 rum gravitate suavissimus, mansuetudine & re-  
 ligione venerabilis, ab omni cupiditatis specie  
 alienus, vt plures proventus Ecclesiasticos  
 identidem offerentibus responderet: *Absint,*  
*ò mei, plura beneficia, que viam sternunt ad supplicia.*

Cc 3

Multa

Multa ille doctè, religiosè, fortitèrque pro religione gessit, ob eandem non semel à Patria sua exul. Neq; pauca ab Ravenspurgijs suis acatholicis passus, quod erudito suo calamo Ipsiannachorum, aliorumque minùs rectè de Catholica Religione sentientium perfidiam ita configeret, ut quidquid contra fremerent turbarentve Concionales ministri, ad silentium vsque eos compelleret, suisque provincialibus affulas tenebras ostenderet. *Quibus Heroicis in laboribus Iustus hic dum Orbem Christianum suamque Patriam Ravenspurgicam THESAURO suo CATHOLICO ditasset, morte occupato illud Regij Psaltes ad Laborum Bravium profecto iure accinimus:*

*In memorià eternà erit Iustus: ab auditione male non timebit psalmo centesimo vndecimo.*

ATQVE ISTE

ILLVSTRIVM ANIMARVM HEROVMQVE

*Finis esto:*

*Quorum si vocem vltimam*

*audire lubet,*

*Accipite.*

REDI-